HUGO DE SANCTO VICTORE

Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 79r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift

veritatis. Breviter dicturus eram, sed fateor vobis
multa me delectat loqui et erat adhuc fortas
sis quod dicerem si vestrum fastidium non non timerem.
Nunc igitur ipsius arche nostre exemplar proponam
mus sicut proposuimus quod exterius depingimus ut fo
ris discas quid intus agere debeas, ut cum huius ex
emplaris formam in corde tuo expresseris do
mum dei intus edificatam esse leteris. Explicit
PRIMUM in planitie liber IIII. incipit V.
ubi archam depingere volo. De picta arca.
medium centrum quero et ibi fixo punc
to parvam quadraturam equilateram ad simili
tudinem illius cubiti in quo consummata est archa ei
circumduco. Itemque illi quadrature aliam paulo
maiorem circumscribo, ita ut spacium quod est in
ter exteriorem et interiorem quadraturam quasi limbus cu
biti esse videatur. Hoc facto in interiori quadratura
crucem pingo, ita ut cornua eius singula latera
quadrature attingant, eamque auro superduco.
Deinde spacia illa que in superficie quadrature inter
quatuor angulos crucis et quadrature remanent
colore vestio, duo superiora flammeo et duo
inferiora saphirino, ita ut medietas una
cubiti in flammeo colore ignem et altera medie